

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

In eum, qui truculentia suorum perierit. Emblema CLVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

In eum, qui truculentia suorum perierit.

EMBLEMA CLVII.



DELPHINEM inuitum me in littora compulit afluss,
 Exemplum, infido quanta pericla mari.
 Nam si nec proprijs Neptunus parcit alumnis,
 Quis tutos homines nauibus esse putet?

COMMENTARIUM.

I. **D**ELPHINUM piscem mare per-
 fidum in littore sicco destituit, quæ
 vis tempestatis antea eiecerat.
 II. **H**OC tetraſtichon video peti-
 tum ex 3. Epigram. tit. ei's ἰχθύας, non se incerti
 cuiuidam hexaſticho, quod tale est:
 κύματα τῆς τρηχύς με κλύδωνιπὶ χίρ-
 σου ἔσυραν
 δελφίνα· ξείνην κοινὸν ὄραμα τύχης.
 Ἀλλ' ἐνὶ μὲν γαίης, ἐλπίφ' ἔσσας· (οἱ γὰρ
 ἰδόντες,

ἰχθύς πρὸς ἰχθύν μ' ἔσειπον ἰσοβλῆς)
 Νῦν δὲ τεχέσσα θάλαττα διάλεσ· τίς
 παρὰ πένη
 πρὸς ἰχθὺς ἔδ' ἰδὸν γείσσοτο συν' ἑσφίης.
 Id sic reddere conatus est MINTS:
 Fluxus & aspera tempestas ad terrā tra-
 xiunt
 Delphinem, externa spe elaculi in for-
 tuna.
 Sed in terra misericordie locus [reperitus
 est:] nam v. dentes
 Statim

Statum ad tumulum me volentem
[viri.]
Nunc vero quod [me] genuit mare, per-
didit. Quæ tandem ponto
Fides? qui neq; proprius parcat alūnis.
Delphinem pelagi rapidus me ad littora
fluctus
Ludibrium cunctis. sorte volente, tulit.
Presidium at pia terra dedit: me namque
videntes
Ornant tumulo conueniente viri.
Me mare quod genuit, sic sustulit. Ergo age
ponto

Quanta fides? natos perdit & ipse suos.
Verso Sā Sic verò vertebat Sanctius:
¶ij. Delphinum me fluctus atrox in littora a-
degit;

Hospitiū sortis sic documenta dabo.
Terra tamen misero tribuit pietatis hono-
rem,

Nā fertis decorant nostra sepulchra pij.
Nunc mare quod genuit, me perdidit: heu
neque parcat

Ipse suis, ponto que sit habenda fides?
Cælius Rhodigin. lib. 8. antiq. lect. cap. 6.
sic inquit: Ion Græcæ facundia auctor, vt
videtur, haud spernendus omnino, sicut
ex Plutarcho accepimus, eiusmodi ada-
giū posuit, Δελφίνος ἰν ἤπρω βία. Del-
phini in terra vis. Id in eos promptum
videtur, qui quod nesciunt iudicant, & in
quo minus valent, toto conatu petunt,
nec se intra pelliculam cōtinēt, supra cre-
pidam aliquid ambitiosius affectantes.
Delphinorum celeritas vtiq; memorabi-
lis est; adeo vt ocyor volueri, acrior telo
credatur, & vt Aristoteles inquit: ἀπὸ τῶν
δοκίμων ζώων τὰ γυροῦν, ὅτι ἂν ἰνὸν δρῶν,
καὶ τῶν κερσαίων, ὅτι ὑπάλλονται τοίω
μεγάλων ἰσχύς. hoc est: Omnium videtur
animalium velocissimus, non aquatiliū
modo, sed & terrestriū, supersiliū etiam
malos nauigiorum maiorum. Cæterū
tam stupendæ agilitatis animal, terræ ta-
men contactum nō patitur, quin inuictū
in arenam emoritur con festim. Hactenus
ille: qui erroris ansam è Plinii verbis (nisi
fallor) arripuit, quæ verba multos etiam
alios deceperunt. Locus Plinii talis est,
cūm de delphinis agit lib. 9. cap. 8. Solent
in terram incerta de causa erumpere, &
statim tellure tacta moriuntur, multoq;
ocyns siltula clausa. Qui locus procul-
dubio corruptè legitur: nam illud verbū,

Delphini
in terra
vis.

An Del-
phines sta-
tim, ubi
terram
attinge-
runt, mo-
riantur.

statim, expungendum est ex cōtextu; aut
interiungendum, stato tempore. Nam emori
delphinos statim tacta terra, falsum esse
deprehendet, quicunq; attentè legerit
epistolam 33. libri 9. Plinii Secundi, vbi
agit de puero & delphino, qui subinde in
arenam erumpebat, tactusq; à Solis calo-
re iterum se in mare recipiebat; eius autē
hec sunt verba: Incredibile (tam verum
tamen quàm priora) delphinum gestato-
rem colluforem; puerorum (tam verum
quoq; extrahi solitum, arenisq; siccatis,
vbi incaluisse, in mare reuolui. Meminit
huius rei Pincianus in Plin. 5. & alij, imò
ipse Rhodiginus loco citato. Neq; Plutar-
chus (vt ad Cælium reuertat) id vult si-
gnificare, delphinum illico tacta terra emori,
sed perdere celeritatem & violentiā
illam, postquam in alienum elementum
excesserit.

DELPHINEM inuitum me] me relu-
ctantem, nihil tale cogitatem, innoxium.
In littora compulsi] Id vno verbo de-
stituere, dicitur, vt admonet perspicacissi-
mi vir ingenij Fornerius: quin etiam ad-
ducit hoc Vugilianum:

Et freta destituent nudos in littore pisces.

Æstus] Æstus dicitur maris erelescentis
& decrelescentis commotio. Gallice, Le re-
gorgement de la mer, le flot de la mer. Fluctus
maris. Hinc Æstuarium, locus vicif-
sim estu maris vel nudus, vel aquis stagnā-
tibus offertus. Et Æstuarie insula, ex
quibus Venetie primū in potentissimā
& populosissimam, quæ hodie cernitur,
Republicam coniecit. De reciproco
maris æstu vide Plinium lib. 2. cap. 97.
Cæli. Rhodig. lib. 26. cap. 17. & 18.

Exemplum insido.] quod potest exem-
plo esse, quantis insidum mare periculis,
quantoq; discrimine fauierit vel et alij
γοπὸς κῶς, quot tixis & simultatibus labo-
ret Republica. Locus est huic accommo-
datus in 7. Controuerf. Senecæ declamat.
1. O maria iustiora iudicij, ait, o maiores
procellæ patre, &c. Insidum mare. Insidum
mare. Insidum mare. Insidum mare.

id est, cum quo nulla spōsio aut fides po-
test intercedere. Quod huc elegās Lu-
cretij locus, lib. 2.
Sed quasi naufragijs magnis multisq; co-
ortis,
Dissectare solet magnum mare transra,
cavinas.

Anten-

III.

Destitue-

Æstus?

Æstua-
rium.

Insidum
mare.

*Antennas, prora, malos, tonsasq; natanteis,
 Per coram omnis oras fluctantia aplustra
 Ut videantur. Et iudicium morantibus edat,
 Insidiis maris insidias, viresq; dolumq;
 V tritare velint, neve ullo tempore credant,
 Subdola cum videt placiti pellacia ponti.*

Nam si nec proprijs] Collatio maioris ad minus. Si enim mare non seruat eos, quos in lucem edidit & nutrit: id est, si princeps vel populus suos ciues non tucetur, isq; non ignoscit, sed miserè de medio tollit, quid reliquus fiet?

Quis tutos homines] num valde periculosum se fluctibus maius committere? quam parum tutus est πολιτινισθου, seque Reipub. ventis & fluctibus credere? Obiter moneo, allusum hic videri ad proterbiū, *Maritimi mores*. quo vitur Plautus Cistellaria.

IV.
 Delphin
 è mari
 eiectus
 quid.

TOTVM hoc ελληγορικῶς accipe. Delphin enim marinis fluctibus eiectus, consultorem quendam vitumque Principem, vel etiā nota aliqua probitatis insignē, à populari turba beneficij loco iniurijs, ludibrijs, mortemq; ipsam referentem arguit: quales fuisse legimus Socratem, Aristidem, Phocionem, Demosthenem, M. Tullium, & alios quam plurimos, qui post præclarè facta innumerasq; difficultates, & pericula nomine patriæ exaltata, honoris & præmiorum vice iniustum exilium duramque mortem perferre coacti sunt. Delphin est φιλῶθρωπος, (de quo etiam supra dictum) vt qui suis bene consultum velit: Pelagus ipsum, in quo pisces à piscibus afficiantur & absumantur, orbis huius angustias multiplices & damna innumera bilia refert, nimirum in quo nemo sibi detentius quàm ab homine nocumētum impèdere videat. Hieronymus ad Demetriadem, de seruanda virginitate: Quæ de medio mari fumantem viderat patriam, & fragili cymba salutem suam, suorumque commiserat, crudeliora inuenit Africæ litora. Vide reliqua. Qui locus nos admonet permultos iam olim fuisse viros claros, quibus sua virtus obfuit. Memorarem Hermodorum ab Ephesijs pullum, Aristidem ab Atheniensibus, imò Themistoclem, Periclem malè habitum, nisi nos exempla Romanorum commouerunt, Catiolani, Camilli imò Porcij Catonis toties accusati, M. Antonij oratoris exulantis, & aliorum, de quibus apud historicos. Quod

A patria
 sua malè
 tractati.]

si ad altiorem sensum trahere placet, considera carnis nostræ petulantiam & ingritudine, quæ nobiscum nata, educa, alita partibus incrementis, oratione cura, cogitatio, mensæ affecta, omnium consiliorum particeps; aude tamen spiritum temerario contere pede, ac mentis imperium infringere. Nec sola per se illud attemptat, sed & fœdus percussit cum amico subsidiario demone, vt perdat: hic subternit viuos carbones & prunas suscitatur, vt incalcescat illa & vehemētius pruriat. Igne concepto, nullum genus nequitia transit intactum, impetu fertur & pleno cursu, recalcitat, nec patitur infestorem aut imperium magistri, vt effrenis equus aut rabidus leo, conspecta fœmina. Hæret flamma in medullis, vrit, furit vt erysipelas aut carbunculi morbus in membris. Palpat Sathan interim, & poppyfinatis regit, nec capistro, sed iuba ducit, velut hinnulū mango solet, quod vult, pinguioris saginæ farto scilicet. Hæc ars vna cicutadi indomitum monstrum, pastu trahitur & mansuescit. Nouit naturam ductor, & poppinis admouet primò ac lurconum conuenticulis, vnde ventrem referat inter sartagine & cacabos vt tympanum inflatum. Prima cura erapule studiū & voluptatis insectatio, quæ radix est malorum, trophæū figit, qui hic triūphat; victus in præcipitio stat ad interitum, & in ipsa crepidine Tartari iamiam casurus. Non simpliciter malus est, cui stigma hoc malitiæ impressum; aperit semitam ad cetera, qui hoc vno laborat, patet, sicut arx in fastigio montis, ventis omnibus viciorum. Corpus innutritum delicijs & tractatum molliter, Venus formosa illa & sæculis omnibus decantata mater luxuriæ infidet cū suo Cupidine. Caseus quò pinguior, eò putredini aptior est & vermiculationi: ita caro nostra in sagina vermibus secatet vitiouū, qui rodunt & perforant. Equi cadaver vespas, vt aiūt, producit & crabrones, simus bruchos, scarabæos, & cantharides, quodque semen fuit, cibus fit; pascuntur eo, ex quo nati. Simile cōtingit in nobis, abdomen turgidum obsonijs & discentum, termites concipit libidinis, qui in copia pallulant, & roscella mox vertunt in matrem, pungunt, mordicus inuadunt, consumunt. Cōabescit, dico, in sua malitia caro, & ad interitum properat, domesticos enim ho-

Carnis no-
 stra sagi-
 nata fru-
 ctus.

Damonis
 astucia.

Simile.

stes

stes alit in visceribus, & lubricos istos la-
sciunt ac hirudines, qui fugiunt quod inest
sanguinis, donec fibrā ipsam cordis, ut
rauca solet arboris, succidant clanculum
& demoliantur. Intesti num malum, eō
propius periculo & minus curabile; sentit
infectus, sed curā negligit & manus medi-
ci; nescit sanari, quia laetē vitii, vel non
vult, quia consenuit & transijt in naturā.
Ægrē assurgunt, qui sic jacent; concla-
matū penē de salute, nisi altior vis aliqua
subleuet. Sic caro nutritores suos remune-
rat. Ex hoc deniq; Emblemate cōstat, ve-
teres inter summas difficultates naviga-
tionem posuisse, vnde præcepta de fug. E-
do mari & terra incolenda. Ideoq; etiam
Propertius lib. 1. exclamat:

Mari: pe-
ricula
quanta.

Ah pereat qui cūq; ratis & vela paravit,

Primus & invito gurgite fecit iter.

Rectē itaq; dixit Aristagoras, ὅτι πᾶσα
θάλαττα θάλαττα id est ex æquo peri-
culosū esse mare, licet appellationes ha-
beat varias. Cui cōuenit illud Comici ex
Hecyra:

O fortunate, nescis quid mali

Fraterioris, qui nunquā ingressus es mare.

Quidius 2. Amor. eleg. 11.

Nautia sollicitus iā ventos horret iniquos,
Et propē tam lethum, quā propē cernit
aquam.

Quod si concussas Triton exasperet undas,
Quā tibi tunc toto est nullus in ore
color.

Tunc generosa voces fecunda sidera Luna,

Et felix dicas, quem sua terra tenet.

Anacharhis cū rogasset quendam, quā-
ta esset spilitudo tabularum nauticarum?
Isq; respōdisset, quatuor digitorum. Tan-
tillum, inquit, absiunt à morte qui nauigant.
Id ipsam expressit Iuuenalis Sa-
tyra 12.

Inane & ventis animam cōmitte, dolato

Confusus ligno, digitis à morto remotus

Quatuor, aut septem, si sis latissima tada.

Idem Anacharhis cuidam roganti, verum
arbitraretur plures esse mortuos quā
vivos? Nauigantes, inquit, vtro in nume-
ro ponis? Dubitans, an ha essent inter vi-
uos habendi, qui vitam vndarū ac vento-
rum arbitrio commisissent. Occurrit in-
signis Propertij locus lib. 3. eleg. 7. de mor-

te Parti, qui argumentum hos egregiē il-
lustrat.

Iter ratis curram, & tibi quoque texite
causas,

*Ista per humanas mors venit à cæli ma-
nus.*

Terra parū suerat, terris adiecimus vndas:

Fortuna miseris auximus arte vias.

*Anchora te teneat, quem non tenuere pe-
nates?*

*Quid meritum dicas, cui sua terra pa-
rum est?*

Ventorum est quodecunq; parat, haud vlla
carina

Consensus: fallis portus & ipse fidem.

Audiamus etiam Senecam lib. 14. epist.

91. Hominis, inquit, non sapientis mūta

sunt nauigia, quibus amnis, iudicis vnde ma-

ria transimus, apratis ad excipiendum v-

torum impetum velis, & additis à rege

gubernaculis, quæ huc atq; illic cursum

nauigij torqueant: & exemplum à pisci-

bis tractum est, qui cauda reguntur, &

leui eius in vtrumq; momento velocita-

tem suam flectunt. De navigationis por-

ro incommodis plura hic dicere mihi latr-

net, satius est eos, qui equo ligneo (ut Plau-

ti verbis vtar) per cœruleas vias vehunt,

experiri scilicet, quā periculosum sit sal-

utem fluctibus committere, & vocare in

sele fata cessantia, ac si ad mortem terra

parū lateat pateat: siquidem, ut Aratus

dicebat, modicum lignum mortem prohi-

beat. Non igitur iniuria in nauigantes in-

uehitur Socrates, miseris eos appellans,

quibus neq; demon, neq; Deorum aliquis

vnquam diuitiarū dignam tribuerit gra-

tiam. Quandoquidem hi leuibis freti

ventis, longas nauigationes magno cum

periculo semper adeant, homines perdit,

propter quas aut lucrentur, aut pereant.

Vnde rectē radicauit Antiphanes, præsta-

re in terra pauperem esse, quā diuitem

nauigare. Deniq; qui primus nauium v-

sus, & quæ prima earum forma à priscais

probata fuerit, quæ item earum nomina,

& quis gubernandi adminicula primus

inuenerit, id expositum habes apud Ro-

bertum Valtarium lib. 11. de re milita-

re, cap. 5.

Locus Pe-
perij.

Nauigij
origo.

Nauiga-
tionis in-
comoda.